



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

xx. De Immunitate Ecclesiarum, & subiectione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

Diffoluetur autem vnio, si téporalis sit, réporis lapsu: quòd si sit perpetua, cessantibus eisdem causis, ex quibus facta fuerit, ab ijs itidem dissolui poterit, quorum consensu & auctoritate olim fuerit instituta: nihil est enim tam rationi consonum, quàm vt is destruendi habeat potestatem, cui construendi facultas conceditur.

*Licet uacans ecclesia possit uniri, unio tamen ecclesiarum uacantium dissolui nõ potest. hoc dicit.*

Illud inter instituendam, & dissoluendam vnionem interest, quòd licet etiam vacans Ecclesia alteri possit uniri, si tamé Ecclesias per vnionem connexas vacare contigerit, vnio inter vacantium Ecclesiarum dissolui minimè poterit.

## DE IMMUNITATE Ecclesiarum, & subiectione,

### TITVLVS XX.

*Immunitas in hoc titulo largè assumitur, & quid sit immunitas. h. d.*

Immunitas, est à muneribus indulta exemptio. Sed hoc loco immunitatem largè accipimus, pro quolibet Ecclesiarum fauore, indulgentia, rigoris remissione, & priuilegio.

*Triplex est species immunitatis ecclesiarum, localis, personalis & realis & quòd immunitas localis est, per quam profana in ecclesiis, et*

*non consecratis, uel oratorijs exerceri prohibetur. h. d.*

Est autem Ecclesiarum immunitas triplex: localis, personalis, & realis. Localis immunitas est, quæ sacris ipsis domibus, aut aliquibus sacrarum ædium intuitu conceditur. Cùm enim Ecclesia<sup>a</sup> secundum Euangelicam veritatem domus esse debeat orationis, meritò à profanis vsibus esse conuenit alienam.

*Processus facti & sententiæ latæ in ecclesiis, uel cœmiterijs, sunt nulli. h. d.*

Seculares<sup>b</sup> igitur iudices causas, præcipuè ubi de sanguinis agitur effusione, & de pœna corporali tractatur, in Ecclesijs, vel earum cœmiterijs agere sub anathematis interminatione prohibentur. Absurdum est enim ibi iudicium sanguinis exerceri, ubi est tutela constituta refugij. Processus quoque<sup>c</sup>, quos ibi legitima contempta prohibitione, & spreta ultione diuina faciendos duxerint, ac specialiter prolata sententiæ, omni firmitatis robore carebunt.

*Consilia publica, nundinæ & negotia secularia non debent tractari in ecclesiis. h. d.*

Publicæ quoque<sup>d</sup> quarumlibet societatum, & vniuersitatum conciones, & consilia, nundinarum, aliorumque secularium tractationes negotiorum, confabulationes, & profana colloquia ab his penitus amoueri debent.

Con-

<sup>a</sup> cap. cū ecclesia. ext. co. tit.

<sup>b</sup> cap. cū ecclesia. s. seculares. ext. eod. tit.

<sup>c</sup> cap. 2. s. fi. co. tit. in 6.

<sup>d</sup> cap. 2. s. c. sent. co. tit. in 6.

Comiuiua non debent fieri in Ecclesijs, nisi ex necessitate, quod dicitur de Ecclesijs, intelligitur etiam de non consecratis, & oratorijs. h. d.

\* can. non oportet. & can. seq. 42. distinct.

Sed<sup>a</sup> & cōiuiua, & hospitia, licet illa despiciere non oporteat, in sacris domibus celebrari, vel exerceri à laicis non poterunt, nec etiā à clericis, nisi fortè transeuntes ob hospitiorum necessitatem illic reficiantur: quod & in oratorijs<sup>b</sup> obseruari conueniet, vt nomini opera iugiter impensa concordet: & ne, vbi peccatorū est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio. Idem statuitur & de Ecclesia<sup>c</sup>, in qua diuina mysteria celebrantur, licet adhuc consecrata non fuerit, quia cū obsequijs diuinis sit dedicata, nullius temerarijs ausibus est profananda.

b can. fin. dist. 42.

c ca. pen. extr. eod. tit.

Qui inuitum abstrahit à sacris locis, excommunicatur, & quasi sacrilegus punitur.

d can. diffinit. tit. 17. q. 4.

Sacrorum<sup>d</sup> locorum intuitu illis cōceditur immunitas, qui ad ipsam ecclesiam cōfugiunt: nam si eos qui ad statuam Principis se proripiūt, ab omni violentia leges seculares vindicāt, quantò magis conuenit ad templum Domini confugiētes, loci sancti reuerentia, & autoritate defendi? Quicumq; igitur inde hominem reluctantem, reclamantemq; violenter abstraxerit, tam alijs pœnis pro sacrilegio, quod admisit, quàm Ec-

clesiasticæ subiacebit excommunicationi.

Non potest quis inuitus abstrahi à domo Episcopi, uel ab Ecclesiæ circuitu, intra triginta passus. h. d.

Nec<sup>e</sup> ab atrijs tantum Ecclesiæ quenquam inuitum abstrahere non licebit, verum etiam nec à domo Episcopi, & ab Ecclesiæ circuitu intra triginta passus ab ostio: quod spacium Ecclesiæ reuerentia defendi sacri Canones voluerunt.

e can. id constitutum. 17. q. 4.

Liber homo non debet ab Ecclesia violenter abstrahi, nisi impetrata iūta, & membrorum incolumitate. h. d.

Hæc tamen securitas non omnibus æquè & indistinctè solet indulgeri, sed status habetur ratio & causarum, quibus quis fugiendum ad Ecclesiam duxerit. Si liber<sup>f</sup> igitur quis sit, quantumvis grauia perpetraverit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde ad mortem damnari debet, sed Ecclesiarum Rectores vitam & membra debent fugientibus obtinere: alijs tamē pœnis de eo, quod iniquè egerint, puniendi erunt.

f cap. inter alia. §. si liber. extra. cod.

Publici latrones, & qui in sacris locis immunitatis spe ducti delinquant, priuilegijs sacrorum locorum non gaudent. h. d.

Hoc autem<sup>g</sup> de publicis latronibus, vel nocturnis agrorū populatoribus, viarumq; obsequioribus intelligi non oportet. Hi enim secundum Canonicas

g d. cap. inter alia. §. super hoc. ext. co.

sanctiones nulla impunitate præstita violenter, & egressio- nis adhibitis insidijs, ab Eccle- sia extrahi poterunt. Idem<sup>a</sup> & de his statuendum erit, qui im- punitatem suorum excessuum obtinere sperantes, homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, vel ipsarum cœ- meterijs committere non verè- tur, quæ nisi per Ecclesiam cre- derent se defendi, nullo pacto cõmissuri fuerant: tales enim, cùm in eo, in quo quis deliquit, puniri debeat, & frustra legis in uocet auxilium, qui in ipsam le- gem committit, immunitatis priuilegio, quo se fecerunt indi- gnos, minimè gaudebunt.

*Dominus præstito iuramento de impunita- te, potest seruum suum etiam inuitum ab Eccle- sia abducere. h. d.*

*cap. inter  
alia. §. fin.  
ext. cod.*

Quòd si seruus sit<sup>b</sup>, qui ad Ec- clesiam cõfugerit, postquam de impunitate Dominus clericis iuramentũ præstitit, ad serui- tium Domini sui redire cõpel- letur: alioqui si redire nolit, à dño occupari poterit: famuli enim<sup>c</sup>, qui dominos metuunt, si ad Ecclesiæ septa confugerint, intercessionem debent quære- re, non latebras: nec quenquam religionis reuerètia proprio iu- re fraudari convenit.

*cano. metue- tes. 17. q. 4*

*cap. nõ mi- nus. ext. co- dit. cap. cle- ricis. co. tit. in 6. & §. realis.*

*Clerici & monachi deseruientes Ecclesiæ, sunt exempti à numeribus personalibus. h. d.*

Personalis<sup>d</sup> immunitas est,

quæ personis Ecclesiasticis in- dulgetur. Cùm enim in clerico- rum ministerio constituti, non nisi altari & sacrificijs deseruire debeant, rectissimè cõstitutum est, vt Deo dicati ab omnibus p- sonalibus muneribus reddan- tur immunes. Personalia au- tem munera sunt, quæ cum cor- poris labore, & animi sollicitu- dine, ac vigilantia principaliter sustinentur. Generaliter igitur Episcopi, presbyteri, diaco- ni, subdiaconi, monachi, immu- nitate omnis tutelæ, & curæ ip- so iure gaudebunt.

*Miserabiliũ personarum tutelam debent clerici suscipere. h. d.*

Viduarum<sup>e</sup> autem & orpha- norum curam suscipere non so- lum non prohibètur clericis, sed etiam iubentur, cùm ipsis cupi- ditatis negotia, non pietatis in- terdicantur.

*distin. 87.  
in sum. &  
distin. 88.  
in sum.*

*Ad murorum custodiam etiam clerici tenè- tur, tempore necessitatis. h. d.*

Excipitur<sup>f</sup> etiam ab his mu- neribus murorũ custodia: à qua si magna imminet necessitas, neminem excusari constitutũ est, vt cunctis vigilantibus me- lius valeat ciuitas custodiri.

*cap. 2. ex- cod. tit.*

*Personæ Ecclesiasticæ non possunt à secu- laribus potestatibus collectari. h. d.*

Realis immunitas est, per quam res Ecclesiasticæ à censu, vel collectis potestatum secula- rium liberæ redduntur. Si qui- dem

cap. 1. §. uolentes. co. tit. in 6. §. persona- lis. d. tit.

dem<sup>a</sup> tā profanis legibus, quàm sacris Canonibus sub excommunicationis & interdicti pœna constitutum est, ne quis eorum qui iurisdictionem temporalem obtinent, possit tributa, collectas, seu quascunque exactiones, sub quouis titulo, vel colore, imponere Ecclesijs, vel personis Ecclesiasticis, pro domibus, prædijs, vel quibuscunque possessionibus legitimè acquisitis, etiamsi ipsæ Ecclesiæ, vel personæ, vel res sint intra illorum territorium constitutæ.

*Ob magnam necessitatem, uel utilitatē, consulto Pontifice, possunt clerici, sine tamen coactione, laicis subuenire.*

cap. aduersus. §. ue- rium. extra. eod. tit.

Si tanta<sup>b</sup> tamen sit in Republica necessitas, aut utilitas, ut Episcopus cū clero suo laicorum non suppetentibus facultatibus, communes utilitates per subsidia Ecclesiastica subleuandas ducant, Romano prius consulto Pontifice, omni penitus cessante coactione, poterūt aliquid in commune conferre, & laici humiliter, ac deuotè cum gratiarum actione suscipere.

*Ecclesiæ Episcopo omnimodam subiectionem debent. b. d.*

Quemadmodum autem sacrosanctis domibus secularium potestatum intuitu omnimoda debetur immunitas, tam locorum ratione, quàm personarū, & rerū: sic eisdē rationibus ab illis proprio Episcopo omnimoda

subiectio debetur<sup>c</sup>. Nam quantum ad ipsa loca pertinet ( ut paulo antè diximus) nemo Ecclesiam in diœcesi ædificare poterit, aut consecrare, præter sui præsulis conscientiam. Quo ad personas Ecclesiasticas, ipsi debetur Canonica obediētia<sup>d</sup>, subiectio, reuerentia: ad eundē spectat institutio, destitutio, correctio, reformatio, causarū omnium ad forum Ecclesiasticum de iure spectantiū iurisdictione, Ecclesiasticarū césurarum promulgatio, Sacramentorū exhibitio. Si res Ecclesiasticas spectes, ipsi census debetur, ipsi cathedraticum, siue synodaticum, ipsi procuratio annua, ipsi mortuorum & decimarum quarta.

*Ad Episcopum quædam pertinent Iure ordinationis, quædam lege iurisdictionis, quædam lege Diœcesana. h. d.*

Sed hæc omnis pastoralis potestas in tria principalia mēbra contrahitur: quædam enim ad Episcopum spectant iure ordinis, ut clericorū ordinatio, uirginum benedictio, altariū & Ecclesiæ consecratio: quædam lege iurisdictionis, ut corrigendi, conferendi, excommunicandi, & instituendi potestas: quædam lege Diœcesana, ut ius census & cathedraticum exigendi, decimam percipiendi, ius hospitij indicendi, & his similia. Sed cū tā de locali, quàm de personali subiectione, deque

cap. de re- nodochijs. extra. de religiof. domibus.

cap. conque- rente. §. nos. extra. de offic. ordi- din.

his, quæ ad Episcopos tam iure ordinis, quàm lege iurisdictionis pertinent, suprâ locis cõgruis loquuti fuerimus: trãseamus nunc ad eam subiectionem, quæ cognoscitur ex solutione census, & rerum quæ lege Diœcesana ad ordinarium pertinent.

DE CENSIBVS,  
exactionibus, & Pro-  
curationibus,

TITVLVS XXI.

*Census generaliter sumptus continet omnẽ pensionem, specialiter uerò tantum cathedra-  
ticum. h. d.*

**C**ensus appellatio generalis est, sumiturque pro omni pensione, quæ prælatis de Ecclesiasticis prouentibus singulis annis in signum subiectionis, vel alterius iuris penditur. Speciali tamen nomine census, qui Episcopo ab Ecclesijs in argumentum subiectionis tribuitur, *Cathedraticum* appellatur: eo quòd ob honorem cathedrę perfoluatur.

*Quibus temporibus, & quibus causis potest census constitui in Ecclesijs. h. d.*

Constituitur autem census, aut foundationis tempore, aut cõsecrationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indultæ. Foundationis, aut cõsecrationis tẽpore census imponitur, quia ueluti præter Ordinarij cõsensum, nec fũdari, nec

dedicari potest Ecclesia: ita eodem tempore certum censum Episcopus, in subiectionis signum constituere poterit. Sed nec illud insolitum, aut nouum haberi debet, ut cum Episcopi Ecclesias pijs locis ritè cõcesserint, aut exẽptas fecerint, aliquid sibi in eis pensionis nomine referuent. Sedes quoque Apostolica cum libertatis priuilegiis, vel etiam quibusdam Ecclesijs protectionis indulget præsidium, censum gratis oblatum suscipit, & in literis Apostolicis, ad futurorum Pontif. memoriam quãritas census exprimitur. Sed<sup>a</sup> & patrono fundationis tempore poterit Episcopus moderatos sumptus cõstituire.

*Simplices sacerdotes non possunt proprias Ecclesias facere censuales, & qui de facto id fecerit, ab Ecclesia ipsa remouebitur. h. d.*

Simplices autem sacerdotes, vel clerici non possunt Ecclesias, quibus præsentunt, propria auctoritate, præsertim post eorũ decessum, censuales efficere. Ideoq;<sup>b</sup> qui ab eisdem quadam collusione pensionem annuam de Ecclesijs receperint, illis defunctis super pẽsionis receptione audiendi non erunt, si Rom. Pontificis, aut alterius, qui de iure id facere potuerit, auctoritatem super hoc nõ interuenisse constiterit. Quin potius si qui per collusionem<sup>c</sup> talia facere cõperti fuerint, ab ipsis Eccle-

sijs

<sup>a</sup> cap. præter  
ea. in fi. ex.  
de iur. pat.

<sup>b</sup> cap. præter  
ea. exi. col.  
tit.

<sup>c</sup> cap. cõm. de  
rici. extra.  
cod. tit.